defensione propria gloriosa pectora eiusdem hostij
talis exponere consueuit; In visceribus Christi
Domini hortatur, et rogat ne ullum omnino in
tam graui et discriminoso negotio, nec directe,
nec indirecte in Congressu inter Deputatos Reip.
et Cosacorum habendo Orthodoxae Rom. Religionis
incrementis, bonisque, aut Iuribus Greco Roman Uni-
torum preiudicium irrogari patiantur; Iniurio-
sum siquidem S. Fidei, et a Poloni Nobilitatis
pietate nimis alienum videretur, ut ij, qui incus-
so timore in perfidiae, et perduellionis premium, postu-
latorum suorum voti compotes esse penitus effe-
ctos sese iactarent quodque plus in ipsis perduelli-
bus Schismaticis, falseque eorum Sectae promouendae
Studium, quam in Orthodoxis Polonis Equitibus
Zelum verae Religionis et S. Unionis Iurium manu-
tentionem valuisse glorientur; Ceterum licet
Apostolicis Nuntijs ab explorata Serenis.mi Regis
pietate, ab Ill.morum tam Ecclesiasticorum, quam
Secularium Senatorum, nec non totius inclytae No-
bilitatis erga Catholicam Religionem peculiari stu-
dio sibi suadeat nihil in supramemorata instru-
ctione appositum, seu apponendum esse, vel in
pred.to Congressu decernendum, quod minima etiam
in parte Iuribus S. Unionis Greco Romanae aduersa-
tur, nihilominus in casu contrariae determinationis
ut eiusdem Unionis Iuri, et Catholicae Ecclesia